



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

CIII. Agnes, Herzogin von Braunschwig, Herrin der Altmark, verleiht einem
Sohne des Schulzen zu Ritz Besitzungen zu Pollense, am 25. November
1332.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

bus et confessis, qui fraternitatem kalendarum, sacerdotum uel clericorum uel et kalendarum fratrum, qui dicuntur ellende, et fratrum kalendarum ciuium ciuitatis Saldwedelenfis intrauerint uel de eadem decesserint, insuper quicumque Cristi fideles ad singula eorum conuenticula ob deuotionem suam aduenerint uel eidem pias elemosinas donauerint, quadraginta dies cum vna carena indulgenciarum de singulis temporibus de iniunctis penitenciis in domino misericorditer relaxamus Dummodo ad id diocefani concensus accesserit et voluntas. In cuius rei testimonium presentem litteram nostro sigillo fecimus communiri. Datum Anno domini M^o. CCC^o. XXXI^o., In die beate Katherine virginis et Martiris.

Nach dem Orig. des Salz. Archives X, 1.

CIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, Herrin der Altmark, verleiht einem Sohne des Schulzen zu Riß Besitzungen zu Wollense, am 25. November 1332.

Nos Dei gracia Agnes, ducissa in Brunswich, antique marchie domina, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod Hinrico, filio sculteti de Ritze, et Greten, vxori eius legitime, nec non eorum veris heredibus contulimus et presentibus conferimus terciam partem duorum manforum sitorum in pollense cum omni uilitate, usufructu, siluis, pratis, pascuis omnibusque eidem parti pertinentibus, sicut filii Frederici de Brewitz prius possidebant. Huius rei testes sunt dominus bertoldus de Velthem, miles, dominus Detmarus, capellanus noster, et Johannes propè fontem, ciuis in Soltwedel, quam alii plures fide digni. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXXII^o., in die beate Katerine virginis.

Nach dem Original des Salz. Archives III, 48.

CIV. Der Rath der Altstadt Salzwedel nimmt ein Vermächtniß für die Elenden in Empfang daß er zu verzinßen verspricht, am 26. November 1332.

Nos Thydericus bolc, Conradus krun, wolter hartwyci, Thydericus brewytze, helmicus de stulpen, Gotfridus Wolderi, Stephanus thuritze, henneke went, hynricus stefov, Thydericus thuritze, Tylo meynekens, Bertoldus chuden, Consules Antique ciuitatis soltwedel, recognoscimus et testamur lucide in hiis scriptis, Quod cum viginti marcis argenti stendaliensis, quas Bertoldus Lucie, quondam noster conciuis, felicis memorie, in extremis positus pro salute anime sue loco elemosine infirmis legauit et donauit, comparauimus talentum ex duabus bodis, sitis iuxta hereditatem nunc Gh. thuriz versus insitoria, que dicuntur vulgo kramboden, et talentum ex hereditate nunc hynrici schorstens, et viginti quatuor solidos ex insitorio, in quo nunc moratur hermannus factor, et IIII tam ex hereditate nunc heredum hynrici hermanni, quondam nostri conciuis clare memorie, denariorum soltwedelensum annis singulis nomine census per magistris gylde nostrorum panniscidarum, quicumque pro tempore fuerint, percipiendorum et ipsis infirmis ministrandorum, Ita